

secus a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter actum fuerit vel eciam attemptatum, auctoritate apostolica decernimus per presentes. Nulli ergo omnino —. Si quis autem —. Datum Rome apud sanctum Petrum III. idus decembris, pontificatus nostri anno quinto.

- 5       *Auf dem Bug:* Pro Reynero Arnoldus.  
           *Unter dem Bug:* taxa mutata. Jo. Symonis Cincius.  
           *Auf der Rückseite:* R[egistrata].

## 166.

*Papst Martin V. verordnet auf Bitte Markgraf Friedrichs IV., daß dessen Untertanen, sowohl die*  
 10 *Stadt- und Landgemeinden als auch einzelne Personen, in krininellen wie in bürgerlichen Fällen*  
*nicht vor auswärtige Gerichte, sondern nur vor ihre ordentlichen Richter geladen werden dürfen,*  
*und erklärt alle entgegen dieser Verordnung verhängten geistlichen Strafen für aufgehoben.*

Rom (S. Peter), 1421 Dez. 11.

- H Schr.: Or. Perg. StA Weimar GA Reg. F Urk. 1013. Die Bleibulle an Fäden von roter und gelber Seide. —*  
 15 *Transsumpt von dems. Tage in Nr. 167. Transsumpte von 1424 Juni 2 und 1453 Nov. 3 in den in Nr. 167*  
*unter H Schr. angeführten Urkunden.*  
*Gedr.: Müller, Reichstagstheatrum unter K. Maximilian I. II 68. — Horn 850.*

: Martinus episcopus servus servorum dei ad futuram rei memoriam.: Sincere devocionis affectus, quem dilectus filius nobilis vir Fredericus senior marchio Mis-  
 20 nensis ad nos et Romanam gerit ecclesiam, promeretur, ut votis suis illis presertim, que subditorum suorum pacem et tranquillitatem respicere dinoscuntur, quantum cum deo possumus, favorabiliter annuamus. Sane peticio pro parte dicti marchionis nobis nuper exhibita continebat, quod, licet subditi sui tam universitates civitatum, opidorum et villarum quam singulares utriusque sexus persone cunctis de eis con-  
 25 querentibus in omnibus et singulis causis coram suis ordinariis, coram quibus alias de consuetudine vel de iure cause huiusmodi tractari consueverunt, sint parati stare iuri, tamen sepe contingit ipsos ad diversorum instanciam coram diversis aliis iudicibus auctoritate diversarum litterarum apostolicarum eciam plerumque propter causas frivolas extra eorum diocesim ad iudicium evocari; propter que nonnunquam contingit  
 30 ipsos subditos in viis per emulos et ipsius marchionis inimicos capi, mutilari ac bonis et rebus ipsorum miserabiliter spoliari in ipsorum marchionis et subditorum preiudicium non modicum et gravamen. Quare pro parte ipsius marchionis nobis fuit humiliter supplicatum, ut sibi et eisdem subditis in premissis de oportuno remedio providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur huiusmodi supplicacionibus inclinati  
 35 auctoritate apostolica tenore presencium statuimus et ordinamus, quod nullus ex subditis tam universitatibus civitatum, opidorum et villarum quam singularibus personis predictis et in ipsius marchionis dominio degentibus, cuiuscunque eciam dignitatis, status vel condicionis fuerit, pro quibuscunque civilibus vel criminalibus causis et per quospiam quavis eciam sedis apostolice auctoritate fungentes quarumlibet litte-  
 40 rarum apostolicarum hactenus impetratarum vel imposterum impetrandarum, que de